



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

III. An cœlum æthereum in principio temporis creatum fuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

CAPVT III.

An cælum æthereum in principio temporis creatum fuerit.

1. Pro hac q. suppositio. i. n. omnia principij intelligi in istum autem tione.

2. Suppositio. i. n. omnia cæli intelligi per cor. p. n. quatum.

3. Suppositio. i. n. omnia cæli intelligi per cor. p. n. quatum.

2. Tam fundat. i. n. omnia cæli intelligi per cor. p. n. quatum.

Confirmatur.

3. Opinio qua. dam refer.

Hactenus explicuimus, quando, quomodo, & à quo mundus hic visibilis creatus fuerit, & consequenter verba illa, *in principio creauit Deus* exposuimus, nunc de rebus ipsis per hanc propriam creationem productis dicendum superest, & consequenter sequentia verba, *cælum & terram*, exponemus. Vnde supponimus, nomine principij nos semper intelligere illud primum instans, in quo mundus per propriam, & rigorosam creationem factus est, priusque de cælo, postea de terra dicemus. Deinde supponimus, cælum illud fuisse corpus quantum ex se sensibile, & locum corporalem replens. Nam licet Augustinus interdum de foliis Angelis id interpretari videatur, vt infra videbimus, certissimum nihilominus est, non esse excludendum verum, & corporale cælum, quia hæc est propria significatio vocis, & non est admittenda improprietas, ac metaphora in ingressu historice narrationis sine cogente necessitate, quæ nulla hic est, nec auctoritas; quin potius cum Ecclesia in symbolis fidei vnum creatorem cæli, & terræ conitetur, ita planè cæli nomen interpretari videtur. Idemque argumentum ex capite *in initio* desumitur, & ex Patribus statim ostenditur. Suppono denique triplex esse cælum ex modo loquendi Scripturæ, & Patrum; scilicet, empyreum, æthereum, & æreum: empyreum vocatur supremum omnium cælorum, quod est veluti per antonomasiam sedes Dei, & proprius locus beatorum, æreum notum est, sub æthereo ergo omnia corpora simplicia inter cælum empyreum, & elementum aëris contenta comprehendimus, de quibus primò tractamus, quia empyreum minus notum est; & aër iuxta communem & philosophicum morem non tam propriè cælum nominatur.

Ratio ergo subitandi est, quia vnum, vel præcipuum ex his cælis est firmamentum, in quo fixæ stellæ insunt: sed firmamentum non fuit creatum in primo instanti creatoris mundi: ergo nec cælum æthereum, neque aliquod ex cæteris in dicto spatio contentis. Maior nota est ex vfu Theologorum cum D. Thom. 1. p. q. 68. art. 1. & sequentibus, & potest sumi ex illo Daniel. 12. *Qui dormi fuerint, sursurgunt, quasi splendor firmamenti.* & qui ad iustitiam erudunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Minor autem probatur, quia paulo post in eodem cap. *Genes* dicitur firmamentum die secundo factum. Consequentia denique probatur, tum quia eadem ratio est de cæteris cælis illius ordinis, quæ de cælo stellato, cum sit illud spatium interiectum inter cælum empyreum, aut cristallinum, seu primum mobile, & supremum planetarum, non debuit vacuum in eo instanti relinqui. Neque etiam debuit aliquo corruptibili corpore postea inde eiiciendo, vel in aliud transmutando repleti, cum vicina corpora superius, & inferius essent incorruptibilia. Ergo melius consequenter dicitur, nullum cælum æthereum tunc fuisse creatum, sed illud totum spatium, quod hi cæli replent, tunc vel aère, vel materia informi, vel imperfectè formata plenum fuisse, donec cæli fuere formati. Et hoc confirmatur, quia legimus, solem, lunam, & stellæ quarto die fuisse facta: eadem est autem ratio totius, & partis: ergo omnes isti cæli non primo instanti creati, sed postea successiue facti sunt.

Potest in primis hoc loco referri opinio dicens, nomine cæli non significari determinata corpora, sed summam sub illis vocibus comprehend-

omnes res vniuersi. Sed hæc sententia non est maius, & potest tractanda, quia potest & verum, & falsum habere, & ideo in discursu huius libri paulatim enodabitur, & in fine illius vera resolutio concludetur. Vtunque verò intelligatur, negari non potest, quin per illas voces corpora diuersa, seu partes distinctæ vniuersi significentur. Hoc enim & verborum distinctio, & propria vniuersi significatio conuincit. Ideoque, ita sunt semper communi sensu Ecclesiæ, & Patrum intellecta. Et ideo prius videndum est, quid per se & propriè illis nominibus significatum sit, & consequenter dicemus, an alia res sint sub illis primis significatis comprehensa, & quæ illæ sint, & qua ratione sub hac vel illa indicari intelligantur.

Igitur in præsentis puncto propter rationem factam dixerunt aliqui in eo instanti non fuisse creatum cælum æthereum, de quo nunc loquimur, nec enim sed nomine cæli solum empyreum significari. Hæc sententia fuit sententia Bedæ in principio *Exameron*, quod etiam Iunilio tribuitur, & ibi allegatur Hieronymus, de cuius sententia infra dicemus. Citatur etiam pro hac sententia Damascenus libro primo, capite sex: o. ait enim, *In vniuersitate huius præteritione cælum illud conditum fuisse, quod si, qui apud exteros sapientia laude floruerunt, Msi dogmata sibi viderent, vbiem sibi expertem vocant.* Sed hæc verba optimè de primo mobili, seu cælo cristallino intelliguntur, & in eis Damascenus cæteros cælos non excludit. Imò illi cælo statim subiungit firmamentum, de quo & de alijs cælis varias opiniones refert, & concludit: *Cæterum quoque modo hæc habent, omnia certè diuino iussu facta ac stabilita sunt, diuinamque voluntatem, atque consilium pro fundamento habent.* In quo loquendi modo potius significat, cælos creatos esse simul quàm successiue, licet neutrum expressè declaret. Magis indicant hanc sententiam Basiliius *homilia tertia Exameron*, ponens firmamentum factum quoad substantiam secundo die, & ab elementis distinctum, licet sentiat eorum materia fuisse productum. Item Origenes *homilia prima in Genes*, cælum à principio factum à firmamento distinguit, & sedem Dei appellat. Item Anselmus libro *de imagin. mundi* cap. 28. & Hugo Victorin. *in sum. sentent. tract. 2. cap. 1. in fin. & Glossa Ordinaria*. Strabonius, & Abulen. *Gen. 1. & excho. lasticis Bonauent. in 2. distict. 12. in primo dubio litter. h.* Pluresque alios antiquos, & modernos auctores refert pro hac sententia Perer. lib. 1. in *neg. circa* illa verba, *cælum & terram*. Hanc verò sententiam ex modernis Theologis acriter defendit Molina in *tract. de opere sex dierum dist. 2. & Salmer. 2. Part. 3. dist. 4.*

Nihilominus dicendum est, in illo principio mundi, seu primo instanti creationis eius creatum esse omnia cælestia corpora mobilia à primo mobili usque ad vltimam lunæ sphaeram inclusiue. In assertione non excludo cælum empyreum, nec in ea parte præcedenti sententiæ contradicere, sed illam in caput sequens tractandam relinquo: tantum ergo assero, reliquos cælos tunc esse creatos, siue illud aliud sit, siue non sit. Sic ergo assertio communis est inter Scholasticos in 2. distict. 12. quos paulo post referemus. Et præsertim sumitur ex Diuo Thoma 1. p. q. 66. art. 1. iuncto alio art. 1. q. 68. & paulo post auctoritate Patrum comprobatur. Ratione igitur probatur: quia verba Scripturæ huic assertioni non repugnant, imò illis est valde consentanea, & alioqui est valde conformis rationi: ergo. Maior per se patet ex propria significatione nominis *cæli*, & statim in numero *seprimomagis* declarabitur. Probatur ergo minor *Exameron* primò, quia nihil factum est à Deo per propriam, propriam & rigorosam creationem, nisi in illo primo instanti: quicquid enim postea factum est, ex ma-

teria præiacente formatum est, ut omnes facien-
tur, & ex discursu totius fabricationis mundi a-
perere constabit. Sed celum æthereum quoad
omnia dicta corpora celestia, non est producibile
natura sua, nisi per creationem: ergo in illo primo
instanti factum est. Consequenter est nota, quia
non est credibile Deum in prima creatione rerum
aliter creasse celum, quam natura eius postulet,
vel quàm sit naturæ illius consentaneum: id e-
nim neque ad manifestandam diuinam sapien-
tiam, neque omnipotentiam pertinebat, utraque
enim magis ostendebatur subito, & vno momen-
to, ac imperio, nobilissima corpora, nobilissimo
etiam modo, prout natura illorum postulabat, ex
nullo creando. Neque alius modus productionis
celorum in Scriptura fundamentum, aut velti-
gium habet. Probatur ergo minor, quia celum
est corpus natura sua incorruptibile, & maltera-
bile: ergo etiam est ingenerabile natura sua ex
præiacente materia, ac subinde natura sua postu-
lat per creationem produci.

Assumptio de celi incorruptibilitate intrinse-
ca non potest quidem aut demonstratione con-
vinci, aut ex Scriptura efficaciter probari. Nihilo-
minus est aperta sententia Dionysij *cap. 4. de divinis
nominibus* in prima eius parte, quam Scholastici, &
Philosophi tam gentiles, quam Christiani com-
muniter magis probant. Et quidem si rationem
spectemus, est multo verisimilior, tum quia celi
facti sunt, ut perpetuo durent sine vlla transmu-
tatione etiam partiali, diminutione, vel augmen-
to, quæ proprietates melius quadrant cum sub-
stantia natura sua incorruptibili, tum etiam quia
facti sunt, ut per ipsorum continuam influen-
tiam vniuersum difformem inferiora omnia per
continuas generationes, & corruptiones conser-
uentur perpetuo, quantum est ex parte illis cõ-
stitutionis vniuersi, ad quem finem aptior etiam
erat natura incorruptibilis: tum præterea, quia
nullum indicium corruptionis, vel mutationis
tendentis ad illam, in tanto temporis decursu in
eis obseruatum est: tum quartò, quia per se vide-
tur incredibile, solem, vel alia cetera esse corru-
ptibilia, nec magis credibile est, corpori corrupti-
bili, aut ordinis inferioris esse affixa: tum quintò,
quia motus circularis celi de se perpetuus ali-
quod etiam indicium, & argumentum præbet in-
corruptibilitatis celi, ut maxime Aristoteles pon-
derauit: tum denique, quia corruptibilitas ab in-
teritico proxime provenit ex qualitatibus, & di-
spõtionibus habentibus contrarium, quas celi
non habet, nec cum aliquo fundamento ei
tribui possunt. Cum ergo hæc omnia incorrupti-
bilitati faueant, & alioqui non fuerit Deo diffi-
cile, necum repugnans, talia corpora de se incorru-
ptibilia facere, hucque modus constitutionis vni-
uersi nobilior, magisque Dei omnipotentiam,
& sapientiam commendat, non est, cur de incor-
ruptibilitate celorum dubitemus, si rationem
quam spectemus. In Scriptura autem nihil in-
uenitur huic veritati contrarium. Imò primaver-
ba Genes. illam confirmant, ut statim pondera-
bimus. Difficultatibus autem, quæ ex operibus se-
cundi, & quarti diei oriri videbantur, in 2. lib. ex-
plicando illorum dierum opera, plenè, ut spero,
satisfacimus. Facit etiam quod Psal. 148. postquàm
de celis dicitur, *ipsi dixit & facta sunt ipse mandauit,
& creata sunt*, additur, *Sicut erat æternum & in sa-
culum seculi*, &c. Ad eundem Iob 37. de celis dicitur:
Solidissimi, & quasi fissi sunt quod de celis aere su-
perioribus Gregor. D. Thom. & ferè omnes inter-
pretantur, eorumque incorruptibilem solidita-
tem ibi describi intelligunt, quamuis alij de aere
subtiliter interpretantur.

Addimus præterea (estque principalis ratio-
nis

maior propositio) veritatem hanc de creatione
celi ætherei in primo instanti creationis mundi
magis esse consentaneam narrationi Moysis di-
centis: *In principio creauit Deus celum*. Probatur pri-
mò ratione, in qua in primis suppono id, in quo om-
nes videntur conuenire, ibi nomine celi non si-
gnificari solum elementum ignis, vel aëris, siue il-
la etiam sub celi nomine comprehendantur, siue
non, quod postea videbimus. Hoc ergo posito, nõ
apparet verisimile, Moysen de solo empyreo cœ-
lo fuisse locutum: ergo maxime locutus est de cœ-
lo æthereo, etiam si aliud non excluderet. Probatur
antececedens, quia, ut Sancti illa verba exponentes
dicunt, Moyses cum creationis mundi exordia rudi
populo vellet proponere, uti debuit verbis in si-
gnificatione omnibus nota & familiari: at verò
nominem celi communiter omnes intelligunt hæc
corpora superiora visibilia, & omnium cognitio-
ni expolita: ergo credendum est, illa maxime no-
mine celi significasse, & non tantum celum em-
pyreum inuisibile nobis, & siue per motum, siue
per alios effectus valde ignotum. Accedit, quod
de illo cœlo empyreo vel nullas, vel certe valde ra-
ra mentio in Scriptura fit, ut cap. sequenti videbi-
mus: alij verò celi, qui mouentur, & in hæc inie-
riora insinuat, passim nomine celi, vel celorum
significantur: ergo maxime probabile est, non fuisse
exclusos à significatione nominis celi in illis
primis verbis: *In principio creauit Deus celum*. Deni-
que postea ostendimus, etiam aërem sub illa voce
comprehendi: ergo multo magis celi inter
aërem, & empyreum celum comprehensi
sunt.

Deinde ex sanctis Patribus apertè hanc senten-
tiam sequuntur Basilijus homilia 1. Exaëmer. di-
cens sub terra comprehendi cetera elementa, cœ-
lum autem esse corpus illud superum, quod supra
elementa existit. Et in homil. 2. dicit, celum, quod
in principio fuit creatum, postea fuisse luce, & stel-
lis ornatum, quod de cœlo empyreo dicere non
potuit. Ambrosius etiam lib. 1. Exaëmer. c. 6. per cœ-
lum illud intelligit, quod est prærogatiua genera-
tionis, & causæ, utique vniuersalis, & efficiens, nam mate-
rialem dicit esse terram. Aperius id docuerat Ter-
tullianus. Hermogen. capite 26. ubi etiam firma-
mentum dicit esse illud celum quod in principio
factum dicitur, de quo postea videbimus. Faueri-
tem Hieron. epist. 139. ad Cyprian. dicens, Moysen
illis verbis creationem tantum rerum visibilium
expoluisse, quod licet nimium videatur propter
particulam exclusiuam *tantum* nihilominus satis
significat, Moysen de his celis visibilibus loquu-
tum fuisse. Et August. lib. 2. Genes. ad liter. per qua-
tuor prima capita non putat improbandam sen-
tentiam, quæ negat celum sydereum esse firma-
mentum die secundo factum, ex quo planè fit, fu-
isse in principio creatum. In quam etiam senten-
tiam magis inclinat D. Thom. 1. p. q. 68. artic. 1. ad 1.
ubi varias opiniones referens, hanc vltimo loco
ponit. Eandemque optimè suadet, ac defendit Pe-
rer. supra in discursu expositionis illorum verbo-
rum, *In principio creauit Deus celum*. & ibid. Eugubini-
& Caietan. Et plures alios huius interpretationis
sectatores referri ibi, Ascani. Martinengus in glossa
magna.

Ex quibus à fortiori concludimus, non signifi-
cari in illis verbis nomine celi materiam infor-
mem, ex qua postea formati, seu producti sunt
orbes celestes, qui sub empyreo vique ad lunam
continentur, siue per materiam informem intelli-
gatur materia pura carens omni substantiali for-
ma eiusdem, vel alterius speciei à materia rerum
generabilium: siue intelligatur corpus aliquod
imperfectum materia, & forma constans, ex quo
postea per introductionem formarum perfectio-

Probatur ita
principalis
ratio ma-
ior propositio

8.

Confirma-
turque ex
Patribus.

9.

Bipartitum
constitutum
ex proximè
dictis.

B 4

ruat

E Z
lis, opp
im, et
2

Eius prior
pars ostendit.

rum celestia corpora substantialiter producta fuerint. Vtroque enim modo de illis materia informi opinati aliqui sunt; neuter autem iuxta licet proprietatem, aut veram rationem potest subsistere. De priori patet, quia materia celi nuda, et quæ nunquam fuit informata forma celi, nec ad illam recipiendam proxime disposita, non potest subsistere; et cum magna multumque voluntaria improprietate ealum appellari. Talis enim significatio nec in aliquo usu habet fundamentum, nec in Scriptura illius vestigium inuenitur; ergo sic exponere non est interpretari fideliter, sed ad libitum Scripturam concurre, quod in nomine *terre* latius infra videbimus. Vt omitam esse contra omnem rationem fingere illud miraculum, vel monstrum creandi puram materiam sine forma, sicut de elementari etiam dicimus.

IO.
Ostenditur
etiam poste-
rior.

In altera item opinione, sicut ut probabile admitteretur, calos esse productos ex aliqua præcædente substantia aquea, vel simili, nihilominus non esset probabile, illam significatam esse nomine calis, tum propter rationem factam cum proportionē applicatam; tum etiam quia aliis non posset ex illo loco probari aliquod cæleste corpus factum esse per creationem propriam in illo principio, quod est contra omnes Patres, & contra omnem rationem. Sequela autem est clara, quia si substantia illa imperfecta dicta est calum, quia ex illa formanderant calis; eadem facilitate posset quis dicere, cælum etiam empyreum ex eadem materia esse formatum, quia est eadem ratio, & quia non potest oppositum ex Scriptura ostendi, vel efficaci ratione probari, data hypothesi, quod alii calis essent ex tali materia formati. Quod autem nec in re ipsa facta fuerit talis substantia imperfecta transmutanda postea in substantiam cælestem, ratione à nobis ostensum est, quantum materia patitur, nec ad ostensionem diuine omnipotentie confert, multo enim magis illam manifestat, quod subito, & quasi vnicò & indiuisibili fluxu perfectissima cælestia corpora ex nihilo procreauerit. Quod vero talis materia, seu substantia imperfecta per nomina *re ra ut aque* in illo principio Genesim significatam non fuerit, in sequentibus ostendemus. Et ad difficultatem sumptam ex productione firmamenti in libro sequenti *cap. 2.* explicando opus secundi diei, respondebimus, quia non potest aliter plene dibtationi satisfieri. Nunc ergo solum negamus firmamentum secundum die factum, fuisse cælum stellatum, vel aliquod ex cælis supra elementa constitutis. Quid autem fuerit, ibi dicemus. Et de sole, luna & stellis in opere quartæ diei dicendum erit.

Obiectio
proxime di-
ctis contra-
ria obiter
perstringitur

CAPVT IV.

*Virum sub calo in principio creato calum
em-pyreum comprehendatur.*

Præsentis
capitis pun-
ctia quatuor

Nunc superest examinanda sententia Patrum
superiori capite relata quoad partem afir-
mantem de celo empyreo, quod sub nomine cali
in illa prima sententia comprehendatur. In quo
dubio quatuor puncta breuiter tractanda occur-
runt. Primum, an tale celum sit? secundum, an
aeternum sit? tertium, si temporale est, quando
creatum sit? quartum, an de illo in verbis illis
Moyses fuerit loquutus, de quibus suo ordine
breuiter dicemus.

I.
Caitani
opinio circa
fundum

Circa primum Caietan. in cap. 12. secunde ad
Corinth. sentit, non esse tale calum. Afirmat enim
primum mobile, quod proxime est, supra calum
stellatum esse supremum, & illum esse caelestem
patriam, in qua Deus, & beati habitare dicuntur.
Et addidit, *Empyreum siquidem calum a posterioribus*

traditum, nullibi inuenitur in Scriptura. Ex quo inferre
vult, non esse tale caelum supra primum mobile,
alias non fatis intentionem hunc probasset. Ean-
dem sententiam tribuunt aliqui Augustino Eu-
gubino in cap. i. Gen. v. illam à grauiori errore eli-
berent, de quo in secundo puncto dicemus. Eius-
dem sententia allegari potest Damascenus lib. i. cap.
6 vbi supra firmamentum, & caelum stellatum so-
lum vnum caelum agnoscit, quod infestellatum, seu
stellis expertum vocat. Et infra, illud caelum caeli,
& primum caelum appellat, & à Philosophis cog-
nitum esse dicit: vnde non immobile, sed potius
primum mobile illud manifeste ponit, & conse-
quenter empyreum excludit. Basilienensis mit. 3.
Exaemer. duos tantum celos vltra aerem agno-
scere videtur, & indicat Theodoret. q. 11. de eum-
sententia plura statim.

Sed veritas communiter in Ecclesia recepta, & omnino certa est, vltra omnes calos mobiles dant quoddam calum immobile, nobiliter ceteris, & lucidissimum, ac pulcherrimū beatorum domus, & calum, quod Empyreum appellatur. Non quia: *empyreum* igne natura (vt quidam falso putarunt, eo quod *empyreum* Græce ignem significet) sed quia sicut ignis natura sua totus est lucidus, ita corpus illud lucidissimum est. Vnde Magister. *in 2. d. 4. dixit*, vocatum esse *empyreum*, id est, igneum à splendore, non à calore. Potest etiam alia proportio inter hæc corpora considerari, quod sicut ignis supremus est inter elementa, ita & hoc calum inter omnes superiores orbis. Hanc ergo sententiam communiter receperunt Scholastici omnes cum Magistro *in 2. d. 2. eamque tribunt* Bedæ *in Examer.* Et Straboni in *geographia* dicitur, quo etiam Magister allegat, & D. Thom. *1. p. q. 66. art. 3. & quest. 68. a. 1. ad 1. eandem sequitur* Alcinus. Raban. Lyran. & fere alii *in Gen.* & Hugo & S. Victor. *in Sum. sententiarum tract. 1. cap. 1. in fi. e.* & Abulen. *Gen. 1* in explicatione operis quinquæ dicit, & *in cap. 2. Exod. q. 52. Et ante omnes indicauit* hanc sententiam Basil. *nam licet loco citato* duos tantum calos cum mundo visibili constituat, tamen *in homil. 1. Examer.* sicut dicit, Angelos fuisse mundo visibili antiquiores, ita etiam ponit quoddam antiquum calum illi *superius mundo visibili p. est. nobilioribus conueniens, & hoc* autem calum esse non potest, nisi quod nunc *empyreum* appellamus. Theodoret. etiam *q. 1. in Gen.* ponit quoddam calum primum prima die ante lucem factum, & ab illo distinguit firmamentum secundo die factum, quod dicitur *firmamentum*, tamen esse verum calum, in quo sunt luminaria. Et inter firmamentum, & primum calum fatetur esse aquas firmamento proxime coniunctas, & (vt ait) luminarium ardorem temperantes, quas tamen calum non appellat, & supra illas solum calum primo creatum constituit. De quo concludit, quod *quemadmodum calum istud nobis pro regimine, terra autem pro propauiamento, ita calum quod videmus, pro regimine suprapositum calum habet.* Hec ergo idem esse videtur, quod *empyreum*, quia supra omnes calos visibiles, & vltra aquas supra calos visibiles existentes illud inuisibile constituit, vnde etiam videtur immobile, & ad officium calum *empyreum* illud constituitur. Tandem antiquioribus omnibus Anaclet. Papa *in epist. 2. decret. in fine*, de Verbo sic dicit: Dominus ex *caligantia* aera *per modum milicito* in castissima Virginia purissimum iterum *prostrata* redemptione carnem suscipiens, aduenit.

Secundo censetur hæc sententia contentanea
diuini Scripturæ: nam licet propter ambiguitatem
tem nominis caly, vel calorum, certa esse non pos
sit: nihilominus vbi Scriptura loquitur de celo
quod est singularis domus Dei, & domicilium
beatorum, de hoc loco censetur, vt Psalm. 102.
Dominus in calo parauit sedem suam, & regnum eius om